
Sereniss. Principi D. Carolo Archiduci, Maximiliani II. Fratri, dicatum.
SEPTENTRIO.
MERIDIES.
OCCIDENS.
ORIENS.
VNGARIAE LOCA PRAECIPVA RECENS EMENDATA ATQVE EDITA, PER IOANNEM SAMBVCVM PANNONIVM, IMP. M^{tis} HISTORICVM. 1579
Scala Milliarium Hungaricorum
5 10 15 20
Cum Imp. & Regię M^{tis} priuilegio.
MORAVIAE FINES
PODOLIAE PARS.
VALACHIAE PARS.
BVLGARIAE ET MOESIAE SVPERIORIS PARS.
STIRIA
Mons carpathus
Mons Lupi.
TRANSSYLVANIA
NYRSEG.
TEMESKWS.
CVMANI.
HOMOGSHAG.
SCHARADALIA.
SYLAGHSAG
HATZAG.
VALLIS SAR
MIGETVSAE.
RAK MEZO.
RIGO MEZO
COM. TORANTAL
KOROSKVS.
SIMIGIVM.
Crasso palus.
Campus Machons.
Pontis Traiani
Danubius fluuius

HVNGARIÆ
ALTERA TABVLA.

HVNGARIÆ hanc alteram deſcriptionem accuratiorem, vt nobis fidem facit clariſſimus vir Ioannes Sambucus inde oriundus, (quiſque enim, vt Plinius in opere ſuo Naturali veriſſimè teſtatur, eos diligentiſſimè ſitus diceret, in quibus ipſe prodebat) primæ ſubiungere hoc in loco placuit, idque præter inſtitutum: cùm ſingulis regionibus ſingulas tabulas tantùm promiſerim. Sed quia neutram ſatis pro regionis dignitate abſolutam iudicauerim, vtramque in hoc Theatro proferre vtile duxi. Differre eas interdum in locorum poſitionibus, fluuiorumque flexuoſis meatibus, conferenti apparebit: neq; eſt quòd hinc ſtatim Geographiæ ipſius veritatem quis eleuet; ſed de ea exiſtimet, vt Strabo rectiſsimè de Hiſtoria: is enim non ſtatim eam abiiciendam cenſet, ſi, qui eam tradiderint, in locorũ deſcriptionibus non conſentiunt; quin imò nonnumquam vniuerſæ hiſtoriæ fidem cõciliare ex iſta diſſenſione licere docet. Vtentur itaque aut alterutra aut vtraque ſtudioſi, in quorum gratiam id totum quod poſſumus, quando quod volumus non liceat, effundimus.